

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Admonemur autem, ut quia serui Dei, & filii seruorum,  
hoc loco dicuntur ibi habitaturi, nos demus operam, ut  
sumus serui facientes voluntatem, Luc. 12. vers. 37. fideles,  
Matth. 25. v. 21 & 23. Tunc dicet, ubi ego, ibi & minister  
meus, Joh. 12. v. 26.

F I N I S.

## THEM A LXV.

Psal. 103. v. 12. ad 17.

*Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit iniqui-  
tates nostras.*

*Quomodo miseretur pater filiorum, &c. usque ad ver-  
sum 17.*

## D I S P O S I T I O.

Summa hominum mortalium sapientia in hoc consi-  
stir, 1. ut agnoscant Deum, Joh 17. v. 26. & 2. ut noscant  
seipso.

Vtrumque scriptura docet passim. Et tale etiam ali-  
quid hic locus Psalmi demonstrat: ubi & de Dei clemen-  
tia, & de hominum omnium vita instabilitate loquitur  
eleganter. Hæc itaque duo tractabimus breuiter, audi-  
turi:

1. Quanta sit Dei misericordia.
2. Quanta hominum miseria.

## I. Pars.

Infinitam esse Dei misericordiam tum ex Syr. 2. v. 21.  
tum ex aliis scripturæ locis patet. Et hic ipse Psalmus ab  
initio ad finem misericordias Domini depraedicat.

1. Inter cætera autem refert versus 13. quod misere-  
tur Dominus super timentes, &c. Hoc enim ipsi tribuitur  
Epitheton passim, quod sit miserator & misericors. Exod.  
34. v. 6. Psal. 86. v. 15. & 111. v. 4. & 145. Et supra hoc Psal. v.  
2. Et diserte notat id Esa. 49. v. 10. Erbarmer / & Esa. 54. v.  
10. idem, Sapient. 11. v. 24. Misericors omnium, Jac. 5. v. 12.  
Miserator.

O 4

2. Neque

2. Neq; hoc laris erat Davidi quin adderet: Sicut pater filiorum miseretur, &c. commiseratio interdum magna est erga alios, sed erga filios semper maxima.

Ecce si egeant fini, si affligerentur si ægri sint, &c. Cor patris id penetrat Testantur id exempla Jésu Lue. 8 v. 41. Reguli Ioh. 4. & Cananeæ, March. 5. Is. 40. afflictus lancin Deo cernitur, & quidem ardenter quam in hominibus. Esa. 49. vers. 15. Hinc id Esa. 54. v. 8. eternis miserationibus asilumam Et Tren. 3. v. 23. Ier. 21. v. 20.

3. Quia vero hoc maxime furorum erat miserabile, si periremus in æternum. At illud propter peccata nostra iam decretum: ut morte moriantur inobedientes transgressores mandati diuini. Nec aliter fieri poterat salua iustitia Dei æterna. Ideoq; etiam misericors Dominus huic rei inuenit remedium, & peccata nostra è medio sustulit & tā longe fecit à conspectu suo, quam longe distat ortus ab occasu In profundum enim matis demisit, Mich. 7. v. 19. Et Chirographum datum per Christum, Coloss. 2. v. 14. ne amplius veniant in conspectum Dei.

Hoc supra codem hoc Psalmo vers. 3. habet: Qui remittit peccata. & sanat infirmitates, &c.

4. At sic affectus est erga filios suos, & hos quidem, qui ipsum timent: qui sunt mortali.

C O N S O L A T I O N E MAIOR ECCE NON POTESIT, IN OMNIBUS AFFLITIONIBUS, QUAM QUE EX HOC AFFECTU PATERNO SUMIUNTUR.

1. Scimus enim Deum compati nostris miseriis. Sicut & de Christo id testatur, Heb. 5.

2. Et compatitur sicut pater, qui non potest cohibere animum, qui iuuer. Frangitur cor illius, Ier 31. v. 20. visceris misericordia communenur, Luc. 1. v. 78.

3. Atque quia pater omnipotens, semper potest iuuvare. Quod ali parentes non possunt quia si non volungas, ramen facultas deest interdum.

Quid igitur desideramus ultra. Nihil nobis deerit, Ps. 23. v. 1. In corporalibus. Non pro pane lapidem sperabimus, Luc. 11. v. 11.

In

THEM.

in generali  
convenient.

pe. Ioh. 3. v. 1.  
Rom. V. 1., 1.

ADMONITI  
neuis Domini  
1.1.4.2.2.2. M.

Mercator  
Platino, super  
hoc autem dicimus

Dicitur ac  
consuetudine

Tanta a-

propter illi-

Quia pa-

quemque  
Deus no-

musfigi

1. Su-

Vaf-

2. Si

vbi est  
dat es

gratias  
naturæ

Lore-

cognitio  
liberamam

Hec in-

1. Ne

pallidus sim-

pius bonu-

moris, &

gau ille

In spiritu alibus magis eis propitius. Quia haec nunc  
quam nocent. Iam sunt peccata nostra remissa. Beatus ergo  
Psalm. 32. v. 2. Sumus ergo salui spe. Restat reuelatio,  
Rom. 8. v. 2. Ioan. 3. v. 2.

**AD MONITUM** autem notanda, ut simus filii & ri-  
mientes Dominum: hoc est, penitentes. Ne dicatur id Elsa.  
1. v. 4. aut id Malach. 1. v. 6.

Ideoque notanter secunda vice illud repetitur hoc  
Psalmo, super rimentes. Impiis itaque & impudentibus  
hoc non dicitur.

Dicunt autem timere Dominum & cessantes a pec-  
catis faciant bonum, Elsa. 1. v. 17.

### I. Pars.

Tanta nos Dominus misericordia complectitur, non  
propter illa nostra merita, sed propter miseriarn nostram.

Quia pater. Sicut pater tenetim amat infantes lan-  
guentes, & qui maximas creant suo vagitu molestias. Ita  
Deus nos. Quia miserabiles sumus. Nouit enim quale si-  
mus figuratum.

1. Sumus enim puluis Materiæ fragilis.

Vasa testacea, 2. Cor. 4. 2. Tim. 1.

2. Sicut flos agri homo. Sicut herba virens. At mox  
vbi ventus virens illam afflauerit, marcescit, &c. Et rotis  
dass es in einem Augenblick vmb einen armen Menschen  
geschehen ist. Hac nostra miseria afficitur Deus, ut parcat  
nabis.

**L**ocvs. De hac miseria nostra sapientia debebamus  
cogitare: quod sumus puluis, & vasa fictilia: quod flos aut  
herba marcescens.

Hæc meditatione enim multiplicem usum habet.

1. Ne superbiamus: Neque propter materiam, cum  
puluis sumus & limus. Neque propter formam: quæ &  
ipsa bonum fragile est, quantumque accedit ad annos, sit  
minor, & spatio carpitur ipsa suo Ouid. Syr. 10. v. 9. Ma-  
gnus ille Abrahamus humiliat se, puluis & cinis sum,

O 5 Gen.

Gen. 18. v. 27. Lutū in manu figuli, Jer. 1. 8. Esa. 64. v. 8. Imo scriptura s̄æpius nō lutum, sed puluerem vocat, qui facilius dispergitur, & euaneat atq; perit, vt melius inculet nobis fragilitatem. Sic hoc loco & Eccle. 12. v. 7. & Psal. 104. v. 29. Esa. 40. v. 15. Omnes insulæ sicut puluisculus.

2. Non promitteremus nobis longæ uitatem (quod plerique, præsertim inuenies, aut robusti homines, &c. facere solent) si cogitaremus de puluere, & fragili adq; euanaida materia: vt sunt flores, &c. Es ist doch vmben Augenblif zu thun. Non sumus ferrei aut chalybei, aut adamantini, &c. Ergo in tempore cum D E O redeamus in gratiam, nihil procrastinantes, Syr. 5. v. 8. & 18. v. 22.

**N o t a.** Hic posterior locus Psalmi tractatus est supra in Appendix Clas. VI. Vide pag. Prompt. 521.

F I N I S.

## THEM A LXVI.

Psal. 116. vers. 7. ad 10.

*Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefacit tibi.*

*Quia eripuit animam meam, &c. Ambulabo coram Deo in terra viuentium.*

## D I S P O S I T I O.

David Psal. 103. v. 2. sic alloquitur animam suam, Noli obliuisci omnia benefacta tibi. Ne autem vnquā capiat ipsum obliuio benefactorum D E I, in plurimis Psalmis hoc agit, vt subinde cum gratiarum actione & inuocatione, coniungat enumerationem priorū beneficiorum D E I, præsertim si post grauissimas calamitates & tentationes gloriose liberatus fuit à D E O. Talis extat locus Psal. 54. v. 13 & 14. Illi plane similis est hic locus Psalmi: in quo David quatuor beneficia Dei summa recenset, quæ à Deo receperit. Atque ex his occasionem sumit, ergendi animam suum vehementer ali as perturbatum. Nos pri-